Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Additiones ad Cap. II.

1) Luc. XIV, 33.

2) Matth. XVI, 24.

3) Ibidem.

4) Philipp. II, 8.

5) Ephes. V, 27.

6) Luc. IX, 58.

7) Luc. II, 51. Ceterum voto se Christum adstrinxisse, affirmare videtur S. Hilarius in illud Ps. CXXXI: Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob. Negat S. Thomas 2ª 2ª q. 88, art. 4. Sed quidquid sit de hac re; nostro proposito sufficit, quod Christus a principio ejusmodi virtutes coluerit, eteas firma ac stabili voluntate sibi proposuerit servandas, atque in divinum retulerit honorem et gloriam. Caramuel Comm. in Reg. S. Ben. n. 239.

8) Evodius Antiochenus apud Nicephorum hist. l. 2, c. 3: Trimula cum esset, in templum presentata, ibi in sanctis sanctorum tradunxit annos undecim. Idem contestantur Gregorius Nyssenus orat. de nat. Domini, Joannes Damascenus de orthod. fid. c. 13, Andreas Cretensis serm. de Deipara, aliique apud Baronium Apparat. § 48.

9) Vide supra ad C. I, ~~Addit.~~ n. 9. Mulieres Deo sacratas olim ad ostium tabernaculi, postea in atrio templi ~~existitisse~~ habitasse, ex variis locis, nominatim Exod. XXXVIII; ~~ex~~ II Mach. III, 19: Luc. II, 37, colligunt Interpretes. Votum virginitatis Mariam emisisse; tum ipsa ejus verba Luc. I, 34: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? tum SS. Patres Augustinus l. de S. Vrg. c. 4; Gregorius Nyssenus de nat. Domini; aliique, ~~consentiunt~~ confirmant.

10) Evodius apud Nicep. deinde Sacerdotum manibus Joseph ad custodiam est tradita.

II.